FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Franckesche Stiftungen zu Halle

# Brief von Philipp Jakob Spener an Johann Wilhelm Petersen.

## Spener, Philipp Jakob

## Frankfurt am Main, 15.02.1673

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-243066

Visual Library

Salutem a DOMINO!

Vir clarissime et praecellens, domine et
Fautor honoratissime.

Tarditati nostrae succensere potes, si rigidus debiti exactor esse, quam moram istam variis, quae me quotidie circumstant, nec meum, vel amicorum esse permittunt, imputare atque adeo excusare malis. Hoc tamen ut facias et spero et oro. Caeterum tibi adeo gratum fuisse, quod officia mea qualiacunque obtuli, mihi vicissim ingratum esse non potuit, sed fuit una cum transmissis chartis, quam gratissimum. Ut vero fidem promissis faciam, a te mihi subministrari occasionem, qua id possim, rogito. Videbis me officio et debito non defuturum. Quae circa L. Haccium agantur, nullicunde adhuc nisi ex te intellexi, imo quae in illius doctrina desiderentur, plane ignarus sum. Hamburgi neminem habeo, cum quo mihi litterarium esset commercium, neque Chilonio unde Excellentiss. D. Kortholt nonnunquam ad me scribit, ea de re quicquam perscriptum est. Cum vir ille adhuc Mindae esset, de dissidio, quod inter collegas et ipsum ob προεδρίαν motum est, aliquid ad nos deferebatur. Antea etiam nomen

2.

ejus ignotum mihi fuit; ex eo non nisi hoc audivi, quod Hamburgi jam vivat. Scripserit aliquid an in concionibus ex suggestu habitis aliquid heterodoxi sparserit, aliunde adhuc discere me oportet: sed forte id proxime nundinae me docebunt. Rem vero miseram! quod alioquin afflicta Ecclesia pluribus subinde intestinis turbis agitari debet. Utinam vel nunquam moverentur dissidia, vel illico essent, qui prudentia et mansuetudine illa componere laborarent. Hoc in praesenti, quod significasti, scandalo facturos Venerandos Vestros Theologos confido: quia ex tua epistola intellexi, illos epicrisin ea de re tulisse. Conculcet DEUS sub pedes nostros Satanam, nec patiatur eum quocunque modo Ecclesiam posthac turbare, quod toties hactenus non sine tristi successu eum fecisse lugemus! Excuduntur nostra in urbe Biblia, quae vocantur numerata Dorscheo-Grambsiana, sed, quae primum spes erat, proxime nundinae ea absoluta nondum videbunt. Cum prodierint, arbitror, litteratis eam operam magno futuram esse usui. Ipse illustris Boineburgius, quamvis ἐκ τῶν ἀλλοφύλων, sed qui litteras tamen promoveri optabat, et si potuit consilio aut opera iuvabat, opus

vehementer ursit, maxime utilitatis illud futurum ratus. Priusquam tamen videret, nuper fatis abreptus est. Ubi nunc in edendo opere Concordantiarum Kircherianarum desudatur! Sed quod nuper Excell. D. Veielius perscripsit sero in lucem protrudetur, cum varia sint, quae operas remorentur. Vale in DOMINO, et maxime reverendos vestros Theologos, inprimis Celeberr. tuum hospitem meo nomine officiose et observanter saluta. Scribeb. Francof. 15. Febr. anni 1673. cujus nuper ingressi singulos dies nova divina benedictione tibi bonisque omnibus insigniri pie precor.

Excell. Dn. Kudraussium meorum etiam obsequiorum et votorum, cum occasio erit, certum fieri oro.

Clariss. T. Virt.
studiosissimus
et ad preces atque officia
paratissimus
Philippus Jacobus Spenerus D.

Inscriptio.

Viro Clarissimo et Praecellenti Domino Joanni Wilhelmo Petersen, Lubecensi, Philosophiae Magistro et SS. Theologiae Candidato. Domino et fautori meo honoratissimo.

Giessen bey H. Magnif. H. D. Hannekenio zu erfragen.